

**2302** [pro sal]ute | [imp. Cae]s. T. Ael. | [Anton. A]ug. Piι | [ei Veri] Caes., | [vet. le]g. VII [Cl. p. f., pr]obati | [Servia]no et | [Varo<sup>1</sup> et Po]ntian. | [et Attic]o<sup>2</sup> cos., | [m. h. m. pe]r Cur[ti]um Ius[tum] | [leg. Aug.] pr. pr.<sup>3</sup> | [et per le]g. leg.<sup>4</sup>, | [qui sun]t n. CCXXXIX (*Infra et in latere supersunt nomina militum circiter XXXVII, multa alia perierunt*).

*Kostolatz Serbiae, ubi fuit Viminacium provinciae Moesiae superioris, rep., est Belgradi (III S. 8410 vidit Domaszewski). — Supplcit et commentatus est Mommsen arch. ep. Mitth. aus Oestr. 7 p. 190. — 1) A. 154. — 2) A. 155. — 3) Ad hunc legatum pertinet titulus Mediolanensis V 5809. — 4) Nomen legati legionis ideo omissum esse, quod sub idem tempus publico iudicio damnatus fuerit, coniecit Domaszewski.*

**2303** [i]mp. Caes. M. Au[relio] Antonino Aug. | Armeniaco pont. | max., trib[un. potest] st. XX<sup>1</sup>, | imp. III, cos. III, [p. p.], . . . . | liberalissim[og. p.]rin-cipi, dedicante | P. Caelio Op[ta]to leg. Aug. | pr. pr., γ<sup>2</sup> et v[ete]rani leg. | III Aug.<sup>3</sup>, qui militare | coeperunt divo Pio | III et M. Aurelio Vero II<sup>4</sup>, et | Stloga et Severo cos.<sup>5</sup> (*In latere leguntur vel legebantur nomina militum, sine distinctione centuriarum, adiectis patriis.*)<sup>6</sup>

Lambæsi (*Eph. ep. 5, 714* vidit Schmidt). — 1) *A. 166.* — 2) *Centuriones.* — 3) leg. III Aug. *verba rasura temptata.* — 4) *Imp. Antoninus consul tertium, Marcus primum fuerunt a. 140* (II post Vero errore adiectum). — 5) *A. 144.* — 6) *Origine hi milites vel omnes vel paene omnes fuerunt Africani;* cf. *Mo. Herm. 19 p. 40.* Praeterea alios complures titulos huius generis habemus Lambæsi, militum probatorum *a. 124 et 125* (*supra N. 1070*); militum probatorum *a. 128 et 129* (*Eph. ep. 5, 1277*); militum probatorum *a. 152 et 153*, dimissorum anno ut traditur *176* (*VIII 2547. 2745* cf. *2744*).

**2304** imp. Caesari | L. Septimio Severo Pertinaci | Aug. pontif. max., trib. pot. II<sup>1</sup>, | imp. III, cos. II, procos., p. p., | veterani leg. II Tr. fort.<sup>2</sup> missi | honesta missione qui militare | coeperunt Aproniano et Paulo | [cos.<sup>3</sup>, . . . q]ui[b]us et perpetuam | . . . . . (Deinde perscripta erant in ima parte frontis et in utroque latere nomina veteranorum, quorum super sunt XLVI, in his)

coh. II

## ✓ Faustiniana

.....	onius L. f. Col. Valerianus	Antioch. tub. <sup>4</sup>
.....	lius T. f. Pol. Alexander	castr. <sup>5</sup>
.....	nius M. f. Col. Rufus	Nicomed.
.....	s P. f. Pol. Isidorus	Thebes <sup>6</sup>
[γ]	Aemili Ammoni	
.....	C. f. Col. Priscillianus	Caesar. sig. <sup>7</sup>
[γ]	Aureli Autigoni	
.....	ius M. f. Pol. Capitolinus	B pr. cas. <sup>8</sup>
.....	ius M. f. Pol. Sarapammon	Tani. <sup>6</sup>
[γ]	Paterniana	
.....	s L. f. Pol. Dionysius	cas.
[γ]	. . . . diana	